Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



VTRO.

91

et mercede omnium largitate. Revertetur
enim dominus ut gaudeat super te in omni
bono sicut gavisus est super patribus tuis.
si tamen audieris vocem domini dei tui et cus
todieris precepta eius et ceremonias quae
in hac lege conscripte sunt et revertaris
ad dominum dominum tuum in toto corde tuo et in
tota anima tua. Mandatum hoc quod ego
precipio tibi hodie non super te est nec
procul positum. nec in celo situm ut possis
dicere. Quis nobis adcelum valet ascen
dere. ut deferat illud ad nos et audia
mus atque opere complemur. Neque trans
mare positum ut causeris et dicas.
Quis e nobis transfretare potest ma
re. et illud ad nos usque deferre. ut possi
mus audire et facere quod precepti est. Sed iuxta
te est valde sermo more tuo. et factus
illum. Consida quod hodie proposuerim
in aspectu tuo vitam et bonum. et econ
trario mortem et malum. ut diligas do
minum deum tuum et ambules in viis
eius. et custodias mandata illius et
ceremonias atque iustitias. et vivas
ac multiplicet te. benedicatque te in tra
ad quam ingrederis possidenda. Si
autem adversum fuerit cor tuum et audi
re nolueris. atque errore deceptus ad
oraueris deos alienos. et servieris eis. p
dico tibi hodie quod peres. et quo tempo
moreris in tra ad quam iordanem tris
misso ingrediens possidenda. Testes in
voco hodie celum et tram quod proposue
rim vobis vitam et bonum. benedictio
et maledictionem. Eligite ergo vitam ut
et tu vivas et semen tuum. et diligas
dominum dominum tuum atque obedias voci eius
et illi adhereas. Ipse est enim vita tua
et longitudo dierum tuorum. ut habites in tra
quam iuravit dominus patribus tuis.
abraham. ysaac. et iacob. ut daret eis

Abiit itaque XXXI. Cum
Moyses vocatus est omnia verba
hec ad universum israel. et dixit ad
eos. Centum. XX. annorum sum hodie.
non possum ultra egredi et ingredi. Dixit
enim dominus mihi. Non transibis
iordanem istum. Dominus ipse de
tuus transibit ante te. ipse delebit omnes
gentes has in aspectu tuo. et possidebis
eas. Et iosue iste transibit ante te.
sicut locutus est dominus. Faciesque de
eis sicut fecit seon et og regibus amo
reorum et terre eorum delebitque eos. Cum ge
dederit eos tradiderit nobis. similiter faciet
eis. sicut precepi vobis. Viriliter agite et
confortamini. nolite timere. nec pa
veatis ad conspectum eorum. quia do
minus deus tuus ipse est ductor tuus. et no
dimittet te nec derelinquet te. Vocavitque
moyses iosue et dixit ei coram omni
multitudine filiorum israel. Confortare
et esto robustus. tu enim introduces
populum istum in tram quam iuravi
se patribus eorum tradituros. et tu eam sorte diuides. et dominus ipse dux
tuus est. ipse erit tecum. non deseret
te nec derelinquet te. noli timere. nec
paveas. Scripsit itaque moyses le
gem hanc et tradidit eam sacerdo
tibus filiis leui. qui portabant archa
fedis domini et cunctis senioribus israel.
precepitque eis dicens. Post septem
annos anno remissionis. in solle
nitate tabnaculorum venientibus cuncti
israel. ut appareant in aspectu domi
ni dei tui. in loco quem elegerit dominus.
legens iuba legis huius coram omni
israel. audientibus eis. congregato tam viros quam mulie
res. parvulis et adventis qui sunt
in tra portas tuas. ut audientes
discant et timeant dominum dominum tuum.
et custodiant impleantque omnes
sermones legis huius. Filii quoque eorum
qui nunc ignorant audire possint.
et timeant dominum dominum suum cunctis
diebus quibus versantur in tra. ad qua
nos iordanem transmisso pgredi
obtinenda. Dixit dominus ad moyses.